Пятница 34 рядовой недели

Интроит

Loquetur Dominus pacem in plebem suam : et super sanctos suos, et in eos qui convertuntur ad ipsum.

Господь провозгласит мир в народе Своём, и над святыми Своими, и в тех, кто обратится к Нему.

Confiteor

Confíteor Deo omnipoténti et vobis, fratres,
quia peccávi nimis cogitatióne, verbo, ópere et omissióne:
mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa.
Ideo precor beátam Maríam semper Vírginem, omnes Angelos et Sanctos, et vos, fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Исповедую перед Богом Всемогущим и перед вами, братья и сестры, что я много согрешил мыслью, словом, делом и неисполнением долга: моя вина, моя вина, моя великая вина. Поэтому прошу Блаженную Приснодеву Марию, всех ангелов и святых и вас, братья и сестры, молиться обо мне Господу Богу нашему.

Collecta (молитва дня)

Excita, quǽsumus, Dómine, tuórum fidélium voluntátes, ut, divíni óperis fructum propénsius exsequéntes, pietátis tuæ remédia maióra percípiant.

Господи, побуди волю верных Твоих к тому, чтобы, всем сердцем принимая плоды искупления, они получили великую помощь Твою.

Офферторий

Bonum est confiteri Domino, et psallere nomini tuo, Altissime.
Ver. Annunciare mane misericordiam tuam et veritatem tuam per noctem.

Благо есть славить Господа и петь имени Твоему, Всевышний.
Стих. Возвещать утром милость Твою и истину Твою в ночи.

Перед Каноном

Suscípiat Dóminus sacrifícium de mánibus tuis ad laudem et glóriam

Да примет Господь эту жертву из рук твоих во хвалу и славу

nóminis sui, ad utilitátem quoque nostram totiúsque Ecclésiæ suæ sanctæ.

имени Своего, ради блага нашего и всей Церкви Своей Святой.

Super oblata (над дарами)

Súscipe, Dómine, sacra múnera, quæ tuo nómini iussísti dicánda, et, ut per ea tuæ pietáti reddámur accépti, fac nos tuis semper obœdíre mandátis.

Прими, Господи, это святое приношение, которое Ты повелел совершать во имя Твоё, чтобы, всегда послушные заповедям Твоим, мы стали жертвой, благоприятной Тебе.

Префация

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi, sancte Pater, semper et ubique gratias agere per Filium dilectionis tuæ Jesum Christum, Verbum tuum per quod cuncta fecisti: quem misisti nobis Salvatorem et Redemptorem, incarnatum de Spiritu Sancto et ex Virgine natum.
Qui voluntatem tuam adimplens et populum tibi sanctum acquirens extendit manus cum pateretur, ut mortem solveret et resurrectionem manifestaret.
Et ideo cum Angelis et omnibus Sanctis gloriam tuam prædicamus, una voce dicentes:

Воистину достойно и праведно, должно и спасительно нам всегда и везде благодарить Тебя, Святой Отче, через Иисуса Христа, Сына Твоего Возлюбленного, Слово Твоё, Которым Ты всё сотворил, посланного Тобою Спасителя нашего и Искупителя, воплотившегося от Духа Святого и Девой рождённого. Чтобы исполнить волю Твою и собрать для Тебя народ святой, Он простёр Свои руки на кресте, победив этим смерть и явив воскресение. Поэтому мы с ангелами и всеми святыми славу Твою возвещаем, единым гласом взывая:

Свят

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth. Pleni sunt cæli et terra glória tua. Hosánna in excél-

Свят, Свят, Свят Господь Бог Саваоф. Полны небеса и земля славы Твоей. Осанна в вышних.

sis. Benedíctus qui venit in nómine Dómini. Hosánna in excélsis.

Благословен Грядущий во имя Господне. Осанна в вышних.

Отче наш

Pater noster, qui es in cælis: sanctificétur nomen tuum; advéniat regnum tuum; fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie; et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris; et ne nos indúcas in tentatiónem; sed líbera nos a malo.

Священник: Libera nos, quæsumus, Domine, ab omnibus malis, da propitius pacem in diebus nostris, ut, ope misericordiæ tuæ adjuti, et a peccato simus semper liberi et ab omni perturbatione securi: exspectantes beatam spem et adventum Salvatoris nostri Jesu Christi.

Все: Quia tuum est regnum, et potéstas, et glória in sǽcula.

Отче наш, сущий на небесах! Да святится имя Твоё; да придёт Царствие Твоё; да будет воля Твоя и на земле, как на небе. Хлеб наш насущный дай нам на сей день; и прости нам долги наши, как и мы прощаем должникам нашим; и не введи нас во искушение, но избавь нас от лукавого.

Священник: Избавь нас, Господи, от всякого зла, даруй милостиво мир во дни наши, чтобы силою милосердия Твоего мы были всегда свободны от греха и ограждены от всякого смятения, ожидая исполнения блаженного упования и пришествия Спасителя нашего Иисуса Христа.

Все: Ибо Твоё есть царство, и сила, и слава вовеки

Агнец Божий

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: miserére nobis.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: miserére nobis.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: dona nobis pacem.

Агнец Божий, берущий на Себя грехи мира, помилуй нас.
Агнец Божий, берущий на Себя грехи мира, помилуй нас.
Агнец Божий, берущий на Себя грехи мира, даруй нам мир.

Перед Причастием

Dómine, non sum dignus,
ut intres sub téctum meum,

Господи, я недостоин,
чтобы Ты вошёл под кров мой,

sed tantum dic verbo,
et sanábitur ánima mea.

но скажи только слово,
и исцелится душа моя.

Коммунио

Ierusalem, quae aedificatur ut civitas, cuius participatio eius in idipsum : illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini, ad confitendum nomini tuo, Altissime.
Ver. Laetatus sum in eo, quod dixerunt mihi : "In domo Domini ibimus".
Ver. Stantes iam sunt pedes nostru in portis tuis, Ierusalem.

Иерусалим, выстроенный как город, слитый в одно: туда восходят колена, колена Господни славить имя Твоё, Всевышний.
Стих. Возрадовался я, когда сказали мне: "Пойдём в дом Господень".
Стих. Вот, стоят ноги наши во вратах твоих, Иерусалим.

Post communionem

Quǽsumus, omnípotens Deus, ut, quos divína tríbuis participatióne gaudére, a te numquam separári permíttas.

Молим Тебя, всемогущий Боже, чтобы, даруя нам радость приобщения Божественных Тайн, Ты не позволил нам отдалиться от Тебя.

Salve Regina

Mater misericordiæ, vita, dulcedo, et spes nostra, salve.
Ad te clamamus, exsules filii Hevæ.
Ad te suspiramus, gementes et flentes in hac lacrimarum valle.
Eia, ergo, Advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Et Jesum, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exsilium ostende.
O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria.

Славься, Царица,

Матерь милосердия, жизнь, отрада и надежда наша, славься.
К Тебе взываем, изгнанные дети Евы. К Тебе воздыхаем, стеная и плача в этой долине слез.
О Заступница наша! К нам устреми Твои милосердные очи.
И Иисуса, благословенный плод чрева Твоего, яви нам после этого изгнания.
О кроткая, о благая, о сладчайшая Дева Мария.

БОЛЬШАЯ ПРОСЬБА ЛИСТОЧКИ ЗАБИРАТЬ С СОБОЙ!